



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 5. Discursus animæ malè resignatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

miscens nō querens, populos oppressos, agros incensos, urbes dirutas, divites ad mendicitatem redactos, pauperes derelictos, sterilitates, bella, contagiones mortiferas Deucalionē instar diluvii quatuor orbis plagas obruentes. Hās intuenti misérias longe lateque serpentes, ne veniet quidem in mentem cogitatio: Quare ita facis? Nam quis iure dicere potest, ait patientissimus Job: *Cur ita facis?* Ib. 9. Quis audebit aperire os & rationem poscere operum Dei qui est prima & suprema omnium causa & regula rectissima? Hoc animo veri & fideles Dei servi suscipiunt quidquid Divinæ placuerit Majestati de suis disponere creaturis. Hoc animo pii & legitimi filii in omnibus agnoscunt providam Patris sui cælestis manum & suavem providentiam. In omnibus atque per omnia approbant ejus consilia ordinemque, sinistre numquam interpretantur, nusquam ab iis deflectunt ratione vel voluntate, sed suam Divinæ religiosissimè student conformare.

§. V.

Discursus Anima malè resignata.

ET verò, numquid summæ esset dementiæ atque impietatis aliter agere, sentire, & dicere Deo: Domine Deus, ignosce quæso, haud
 3 pos-

possim impræsentiarum approbare con-
 tuum agendique modum. Censeo sanè
 cium meum voluntatemque tuæ præ-
 dam. Quod si meo me possim ingenio re-
 meaque, meliorem mihi videor sperare
 rerum mearum successum, quam si per
 sinam à tua me dirigi sapientia. Quorsum
 tantaque vitæ calamitates ac miseriæ, pu-
 blicæ persecutiones & privatæ? Num boni
 tibi videtur tota nos vita satiare, pane
 stia & aqua tribulationis potare velut
 ratissimos nebulones, qui interdum alii
 non sunt criminum rei quam vitæ à te
 tæ? Quod emolumentum tibi cedit ex
 malis? Quam potes percipere voluptates
 dens, nos tristitiis & doloribus contabescere
 Numquam erit miseriarum satis! Jam
 à die Nativitatis nostræ usque ad hanc
 omnis generis molestias ac afflictiones
 sumus, & necdum finis? omnia nobis con-
 nantur in dies plura & majora. Numquid
 præsentis vitæ vis nos pœnas sustinere
 damnatos ante tempus? Non video alium
 peresse modum quam ut reliquum vitæ
 luptatibus & genio dedam, tametsi con-
 cas. Sufficiet miseros esse, cum in sepul-
 vermibus in escam traditi putrescemus
 ra. Proinde non iudico expedire ut tuis

judiciis præceptis providentiæque commit-
tam. Spero meliora, meliusque mihi fore si
nutu meipsum meo regam quam si tuum cæ-
cè sequar ductum per vias incognitas, in vias,
spinis ac sentibus horridas. Præclarum ser-
monem atque dignum obsequio quod crea-
tura suo debet Creatori! scilicet. Et tamen hi
sensus, hæc verba sunt eorum omnium, qui
non obsequuntur, ut par est, Divinæ providē-
tiæ beneplacito; aut si minus ita loquuntur,
actiones certè illorum, immo & cogitationes
ab horum sensu verborum nequiquam alie-
næ, si loqui possent in has omnino voces
erumperent.

§. VI.

*Quorundam Sanctorum de Divinâ Pro-
videntiâ sententiâ.*

SANCTUS Gentium Doctor Paullus Apосто-
lus scribens Corinthiis præclarè nos do-
cet, quod sicut spiritus mundi omnia quæ ac-
cidunt, ad homines refert, divinæ immemor
Providentiæ; sic Spiritus Sanctus mortalium
mentibus altè imprimit hanc plenam dulce-
dinis sententiam, non nisi à Divina providen-
tia esse quidquid mortalibus evenit. Cujus
certe veritatis solum spiritum Dei doctorem
esse testatur Apostolus his verbis: *Nos autem*

E 4 non